Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26264
Copyright: Admont, Benediktinerstift

officio. cum fratribus ad fruges colligen
das. longiuscule a monasterio est egressus.
.VI. A quo opere dominum ad .VI. horam refectionis
cum eisdem rediret fratribus. ante quam ad
portam uentum fuisset clau[...]dum quen
dam et mutum puerulum [illegible] uenit
in itinere. Cumque pater et mater pueri
eius pedibus prouoluti et clamore ualido
et lacrimis per terribile dei nomen attestantes
ut filium suum redderet ei sanum genua
eius firmissime utrique constringentes
manibus precarentur. refugit pauore
nimio tale acceptare miraculum. se
esse peccatorem nec talis ullo modo operis ef
fectorem uociferans posse fieri. maxime
inquit cum hec sanctorum sint opera apostolorum
aliorumque perfectorum quorum exempla
credendo et imitando sectantur.
.VII. Nos hec dici ab eo audientes simul et